

Urkunden des Stiftes Engelberg

Autor(en): **Vogel, Adalbert**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **49 (1894)**

PDF erstellt am: **22.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-115022>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Urkunden

des

Stiftes Engelberg.



Mitgeteilt

von

P. A. Vogel, Stiftsarchivar.



Urkunden des Stiftes Engelberg.

(Mitgeteilt von P. A. Vogel, Stiftsarchivar.)

1.

Die ältesten Jahrbücher Engelbergs in zwei Abtheilungen — grössere und kleinere Annalen — umfassend den Zeitraum von 1120 — 1547.

Abgedruckt: Geschichtsfreund Bd. VIII. 102—113. — Monum. Germ. hist. SS. XVII. 275—282. (Hannov. 1861.)

2.

1122, 22. November.

Entwurf des Stiftungsbriefes, den der Edle Conrad von Seldenburen Kaiser Heinrich IV. zur Bestätigung vorlegte.

In . N o m i n e ' S a n c t e . E t . I n d i u i d u e . T r i n i t a t i s .
Omnium Sancte dei ecclesie fidelium presentium scilicet ac futurorum cognoscat industria . quod | regulare monasterium quoddam situm est in prouincia scilicet burgundia in episcopatu constanciensi . in pago Zûrechgauwe dicto . in comitatu Zûrech quod Engilberc | nuncupatum est . Quod tempore Heinrici III. regis Romanorum in honore Sancte Mariæ semper uirginis a Cÿnrado nobili uiro de Selenburren honorifice constructum | et ab Vodalrico constanciensi episcopo deo dedicatum est . Nunc autem idem nobilis uir kûnradius a quo prefatum monasterium siue abbatia hereditario iure possessa | est . nutu dei tactus et instinctus . ipsum scilicet locum Engilberc cum omnibus . nunc in presentiarum illuc conlatis et dehinc conferendis . iusticiis legitimis . et pertinenciis | prediorum . mancipiorum . censorum . et pecuniarum . seu decursibus aquarum . seu quarumcunque rerum . ex toto super altare Sancte Marie reddidit . delegauit . contradidit . domino deo et | Sancte Marie Sancto Petro apostolo . et Sancto Nicholao episcopo . et Sancto Lienhardo confessore . (sic.) et Sancto benedicto confessore . (sic.) in proprietatem et potestatem predicti monasterii patri Adelhelmo | eiusque

successoribus · in dispositionem liberam monasterio que necessariam
 et fratribus domino sub monastica regula seruituris ad utilita-
 tem. Et ne umquam a cognatis suis . uel ab ali- | quibus dei
 seruicium illic destrui possit constituit idem monasterium cum
 omnibus suis pertinenciis · nunc collatis et dehinc conferendis
 ab hac die et deinceps . non subdi omnino | nec subesse iugo
 alicuius terrene persone potestatis · nisi patris monasterii solius
 dominacioni · potestati · ordinacioni · et sic tocius libertatis iure
 et priuilegio eam ad- | ampliauit · et ob regni celestis heredita-
 tem in christo omnimodis stabiliter sublimauit. Dehinc omni
 potestate seruicio . iure · proprietate · predicti monasterii sese
 omnino | abdicauit et per manus Heinrici de bounstedin et
 Egilolfi de gamelinchouin . nobilium uirorum . in ius apostolice
 sedis mancipauit . ac super altare Sancti Petri principis |
 apostolorum contradidit · hac uidelicet condicione . ut singulis
 annis ad altare sancti Petri a patre predicti monasterii aureus
 nummus ponderis turicensis monete · in | quadragesima per-
 soluatur · eo pacto ut libertatis istius et traditionis statuta tanto
 perennius inconuulsa amodo permaneant et ut predictum mona-
 sterium sub ro- | mane ecclesie mundiburdio · et maiestate ·
 securum semper stabiliatur ac defendatur. Et hoc etiam con-
 stituit · ut quandocunque patre spiritali orbatu fuerint · ipsi
 habeant liberam | potestatem secundum regulam Sancti Benedicti
 inter se uel undecunque · si opus fuerit non solum eligendi
 sed etiam constituendi qui si forte quod absit libertatem
 monasterii peruertere sibi | locum sanctum subicere adtemptau-
 erit · siue aliquid seruicii statutum inde sibi fieri exegerit · mox
 fratres cum suffragio religiosorum abbatum et ceterorum christi
 fidelium in circuitu | manentium · secundum instituta Sancti
 Benedicti hunc accusatum iusteque ab eis conuictum digni-
 tate sua abici perficiant . aliumque . iuxta predictam libertatem
 et Sancti Benedicti regulam fratres | sibi eligant · et absque
 omni contradictione substituant · pro illo. Constituit etiam ut
 pater monasterii cum consilio seniorum fratrum eligat aduoca-
 tum · deum timentem · et | bene consideratum · undecunque ei
 placuerit et ei commendet non prestat ad remedium anime

sue . et ut nunquam hereditario iure in aliquem perueniat . qui non pro terreno commo- | do sed pro eterna mercede sollicitus et studiosus bona et consitutam monasterii libertatem et iusticiam defendere uoluerit. Hic denique patre monasterii petente a rege | accipiat bannum legitimum . et bis in anno si necesse fuerit non in ipso loco ubi nunquam aliquam potestatem aliquid regendi habeat . nisi aliqua secularis persona in tantum | rebellis sit . ut necessario rogante patre monasterii ab eo comprimatur. Alibi autem . ubicunque uel quandocunque patri monasterii uisum fuerit inuitatus ab illo ueniat . et | ibi placitum iustum pro causis et necessitatibus monasterii rite peragat. Nullum autem aliud seruicium . ius . aut beneficium . sibi pro hoc concedi recognoscat . nisi eternam dei mercedem | et tercium bannum . et consuetudinariam iusticiam . in illis duorum placitorum diebus . in utroque duo modii (sic) spelte et unum frisingum ualentem siclum . et unum siclum de uino . | et in his duobus diebus nihil aliud speret nec pro iusticia nec pro caritate . et si non uenerit ad placitum . nichil speret se accepturum. Preterea constituit . quod nisi patre monaste- | rii uolente et aduocante bona et loca monasterii suis frequenciis temerarius . et sine causa iusta non adeat . uel attingat . nec presumptuosus in eis placitum quodlibet uel | pernoctandi licentiam habeat . et nihil omnino ibi rogatu ei acquirere liceat . nec omnino aliquem aduocatum pro se liberum aut seruum inibi constituat . nec aliquam absque ratio- | ne calumniam . per- uasionem . aut iniuriam . monasterio . abbati . uel familie faciat. Si autem non ut aduocatus sed potius calumniator et peruasor monasterii fuerit . omnino potes- | tatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc penitus reprobare et alium regia adiutus potestate si aliter fieri non potest sibi utiliore undecunque eligere. Ministris quoque | et familie sanctuarie eandem concedit legem quam cetere libere abbatie que secundum deum ordinate sunt habent . ut tanto fideliores prelati suis per omnia seruiant. | Si uero forte quod absit aduocatus uel aliquis alius . aliqua temeritate . uel pertinacia . praeue inductus . supradictum monasterium inquietare . molestare . disuestire . ulteri- | us audeat.

obsecrant fratres . et omnis eclesia chatolica . et omnino testifi-
cantur apostolicum pontificem . et constanciensem presulem . et
illum antistitem ad cuius diocesim ipse . | aduocatus pertinet .
per christum . et per Sanctam Mariam · et per Sanctum Petrum
apostolum et per Sanctum Nicholaum episcopum . et per Sanc-
tum Benedictum . et per Sanctum Lienhardum confessores . |
et per omnes sanctos dei et per tremendi iudicii diem . ut
illum dei et sanctorum eius contemptorem . et testamentorie
huius conscriptionis destructorem · nisi resipuerit tra- | dant
omnino satane et anathematizent eum ac profanent . a consorti-
bus · et filiis eclesie dei · et heredibus uite eterne · et ut in
omni congressione belli nullas uires nullam- | que in uita sua
uictoriam obtineat . et ut auferat deus memoriam illius de terra
uiuencium . et deleat nomen eius de libro uite · et ut cum
dathan et abiron quos terra aperto | ore deglutiuit . et in os
infernus absorbit · perennem incurrant damnationem . Insuper
in fiscum regis quinquaginta libras | persoluat · et in aula regia
merito libertatem amittat . | Facta est hec pactio . Anno dominice
incarnationis . | Millesimo . C . XX . II . Regnante Heinrico . Quarto
| rege Romanorum . Anno septimo Decimo . Imperante . XI . |
Indictione prima · X kl . Decembris . IIII . FERIA | Luna XX .

Als blosse Vorlage zur Kaiser-Urkunde unbesiegelt. B. 2.

Druck: Urkundenbuch der Stadt u. Landsch. Zürich. I. p. 145. No. 263.
Regest: Hidber 1617. — Schweizer. Urkundenregister. I. p. 476. Nr. 1617.
— Versuch einer urkundl. Darstellung Engelbergs. p. 133. Nr. 1.

3.

1124, 5. April.

Papst Calixtus II. bestätigt das von Conrad von Selden-
büren auf seinen Besitzungen gestiftete Kloster, giebt ihm den
Namen Engelberg, nimmt es in den Schutz des apostolischen
Stuhles, verleiht dem Convent die freie Wahl des Abtes und
eines Advokaten oder Schirmherrn und entzieht es der Ge-
richtsbarkeit jeder weltlichen Macht.

Orig. A. 1.

Drucke: Geschichtsfreund XXIV. p. 324. Gerbert hist. nig. silvae, III. 52.
Gallia christiana V. Instr. 515. Fontes rer. Bernens. I. 384.
Urk. Buch d. Stadt u. Landsch. Zürich, I. No. 264. p. 148.
Regest: Neugart Epsc. Const. II. 30. — Hidber 1624. — Schweizer.
Urkundenregister I. p. 479. Nr. 1624. — Versuch Engelberg
p. 133. Nr. 2.

4.

1124, 28. Dezember.

Bestätigungsdiplom, welches Kaiser Heinrich IV. auf Grundlage des ihm vom Edlen Konrad von Seldenbüren vorgelegten Stiftungsbriefes dem Kloster verlieh. (cfr. Nr. 2.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus diuina fauente clementia quartus Romanorum imperator augustus. | Omnium sancte dei ecclesie fidelium presentium scilicet ac futurorum cognoscat industria quod regulare monasterium quoddam situm est in prouintia scilicet burgundia in episcopa- | tu constantiensi in pago Zûrechgouwe dicto. in comitatu Zûrech quod ad sanctam Mariam nuncupatum est. cognomine autem engilberc. quod tempore Henrici .I.I.I.I. regis romanorum | in honore sancte Marie, semper uirginis a Cûnrado nobili uiro de salenburrone honorifice constructum est. Nunc autem idem nobilis uir Cûnradus a quo prefatum monas- | terium siue abbatia hereditario iure possessa est nutu dei tactus et instinctus ipsum scilicet locum ad sanctam Mariam cum omnibus nunc inpresentiarum illuc conlatis et | dehinc conferendis iusticiis legitimis et pertinentiis prediorum . mancipiorum. censurarum . et pecuniarum . seu decursibus aquarum . seu quarumcunque rerum . ex toto super altare sancte Marie, reddidit. | delegauit . condradidit . domino deo . et sancte Marie . sancto petro apostolo . et sancto benedicto confessori in proprietatem et potestatem . et predicti monasterii patri Adelhelmo eiusque successoribus | in dispositionem liberam monasterioque necessariam et fratribus deo sub monastica regula seruituris ad utilitatem. Et ne umquam a cognatis suis vel ab aliquibus dei seruitium illic destrui | possit constituit idem monasterium cum omnibus suis pertinentibus nunc collatis et dehinc conferendis ab hac die et deinceps non subdi omnino nec subesse iugo alicuius terrene persone | potestatis nisi patris monasterii solius dominationi potestati ordinationi . et sic totius libertatis iure et priuilegio eam adimpliauit . et ob regni celestis hereditatem in christo | omnimodis stabiliter sublimauit. Dehinc omni potestate seruitio iure proprietate predicti monasterii sese

omnino abdicauit . et per manus Egellofi de gamelinchouin-
nobilis uiri . | in ius apostolice sedis mancipauit ac super altare
sancti petri principis apostolorum contradidit hac fidelicet (sic.)
conditione . ut singulis annis ad altare sancti petri a patre
predicti monasterii | aureus nummus ponderis turicensis monete
persoluatur eo pacto ut libertatis istius et traditionis statuta
tanto perennius inconfusa (sic.) ammodo permaneant et ut
predictum monas- | terium sub romane ecclesie mundiburdio et
maiestate securum semper stabiliatur ac defendatur. Et hoc
etiam constituit ut quandocunque patre spiritali orbatu fuerint
ipsi habeant | liberam potestatem secundam (sic.) regulam sancti
benedicti inter se vel undecumque si opus fuerit non solum
eligendi sed etiam constituendi . qui si forte quod absit liber-
tatem monasterii peruertere | sibique locum sanctum uiolenter
subicere adtemptauerit mox fratres cum suffragio religiosorum
abbatum et ceterorum christi fidelium in circuitu manentium
hunc accusatum iusteque | ab eis conuictum nisi rationabiliter
emendare uoluerit dignitate sua abici perficiant aliumque iuxta
predictam libertatem et sancti benedicti regulam fratres sibi
eligant et absque omni | contradictione substituunt. Constituit
etiam ut pater monasterii cum consilio seniorum fratrum eligat
aduocatum bene consideratum , undecumque ei placuerit et ei
commendet ad remedium | anime sue et ut numquam heredi-
tario iure in aliquem proueniat . qui non pro terreno commodo
sed pro eterna mercede sollicitus et studiosus bona et con-
stitutam monasterii | libertatem et iusticiam defendere uoluerit.
Liceat tamen abbati cum consilio fratrum ad utilitatem mona-
sterii emere . uendere . mutuari et loca monasterii longe disiuncta
sine | contradictione aduocati defendenda committere alteri.
Aduocatus denique patre monasterii petente a rege accipiat
bannum legitimum et bis in anno si opus fuerit quandocum-
que | patri monasterii placuerit invitatus ab illo ueniat . et ibi
placitum iustum pro causis et necessitatibus monasterii rite
peragat. Nichil tamen ibi iudicandi potestatis habeat . nisi
quod | publice proclamatum fuerit. Nullum autem a iud serui-
tium . ius . aut beneficium . sibi pro hoc concedi recognoscat

nisi eternam dei mercedem · et tercium bannum · et consuetudinariam | iusticiam . in illis duorum placitorum diebus in utroque duo modii (sic.) spelte et unum frischingum ualentem siclum . et unum siclum de uino · et In his duobus diebus nichil aliud speret nec | pro iusticia . nec pro caritate. Et si non uenerit ad placitum · nichil speret se accepturum. Preterea constituit, quod nisi patre monasterii uolente et aduocante bona et loca monaste- | rii suis frequentis temerarius . et sine causa iusta non adeat · uel attingat · nec presumptuosus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam habeat . et nichil omnino | ibi uiolenti rogatu ei adquirere liceat . nec omnino aliquem aduocatum pro se liberum aut seruum inibi constituat · nec aliquam absque ratione calumniam . peruasionem · iniuriam . monas- | terio · abbati · vel familie faciat. Si autem non ut aduocatus sed potius calumniator et peruasor monasterii fuerit . omnino potestatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc | penitus reprobare et alium regia adiutus potestate si aliter fieri non potest sibi utiliore undecumque eligere. Militibus ministris quoque et familie sanctuarie eandem concedit legem | quam cetera libere abbacie · que secundum deum diligentius ordinate sunt habent · ut tanto fideliores prelati suis per omnia seruiant. Si autem aliquis ex eis rebellis et sui iuris | inobediens fuerit et per spatium anni nec per consilium neque per ammonitionem suorum dominorum obtemperet¹⁾ nec per sui consimilium · si adhuc abbas iudicauerit hereditatem suam amittat. Si vero quod absit aduocatus vel aliquis | alius aliqua temeritate vel pertinacia prae indoctus (sic.¹⁾ supradictum monasterium inquietare · molestare · disuestire · ulterius audeat · obsecrant fratres et omnis ecclesia · et omnino testificantur | apostolicum · et constanciensem presulem · et illum antistitem ad cuius diocesim · ipse aduocatus pertinet per christum et per sanctam Mariam · et per sanctum petrum apostolum · et per omnes sanctos dei · et per tremendi iudicii | diem · ut illum dei

1) „obtēpit“ über der Zeile, wahrscheinlich verschrieben; ebenso das folgende „indvctus“ für inductus.

et sanctorum eius contemptorem · et testamentorie huius con-
 scriptionis destructorem · nisi resipuerit tradant omnino satane
 et anatematizent ac profanent eum a consortibus · et filiis |
 ecclesie dei · et heredibus uite eterne · et ut in omni con-
 gressione belli nullas uires nullamque in uita sua uictoriam
 optineat · et ut auferat deus memoriam illius de terra uiuentium ·
 et | deleat nomen eius de libro uite · et ut · cum dathan et
 abiron quos terra aperto ore delutiuit · et in os infernus ab-
 sorbuit · perennem incurrant (sic) dampnationem. Insuper in
 fiscum regis | quinquaginta libras {auri · et predicto monasterio
 similiter quinquaginta libras auri persoluat · et in aula regia
 merito libertatem amittat. Huius rei testes sunt: ansericus
 bisun- | tiensis archiepiscopus. Geroldus losaniensis episcopus.
 Uodelricus constantiensis episcopus. Berdoldus basileensis
 episcopus · Arnoldus spirensis episcopus. Stephanus metensis
 episcopus. Bruno artinensis (sic.¹) episcopus · alii quoque
 principes · Cûnradus | dux · comes Willehelmus. Godefridus
 palatinus · Rudolfus comes de lenceburc. Adelbertus comes de
 habesburc. Adelbero comes de froburc. Werenherus comes
 de hohenberc. |

Signum Heinrici quarti Romanorum impera-
 toris inuictissimi | Phillippus cancellarius recog-
 noui uice Adelberti Moguntini archicancellarii |
 anno Dominice incarnationis M.C.X.X.V. indictione III. data
 argentine, V. kal. Januarii. Dominica Luna XVII. |

(L. Monogrm.) (L. Sigilli.)

Hec sunt autem locorum nomina ad predictum mona-
 sterium pertinentia · Bûches · Stannes · Birrôls · Suites · Kammo · |
 Spreitinbach · Urdorf · Paltols wilare · Salenburrôn · Stallinchouen ·
 Bûnstetin · Asche · Starcholswilare | Orig. B. 1.

Das Thronsigel mit der Umschrift: „Heinricus Dei gratia IIII.
 Romanorum Imperator Augustus“, durch Kreuzschnitt angedrückt, ist
 wohlerhalten.

Drucke: Tschudi Chronik I. p. 59. (abgekürzt.) Herrgott Geneal. II.
 p. 143. Nr. 201. Fontes rerum Bernens I. p. 385. Urkunden-
 buch d. Stadt u. Landschaft Zürich I. p. 149. Nr. 265.

1) Argentinensis.

Regest: Nengart Episc. Const. II. 118. — Böhmer 2087 und 2097. Hidber 1626. — Stumpf 3199 u. 3202. — Schweizer. Urkundenregister I. p. 481. Nr. 1626. — Versuch Engelb. p. 133. Nr. 3.

5.

1142, 21. Januar.

Papst Innocens II. erneuert die dem Kloster Engelberg verliehenen Privilegien seiner Vorgänger und sichert dem Convente unbedingte Freiheit der Abtwahl.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Pauperibus Christi in Ecclesia Beate Marie de Loco qui Mons Angelorum dicitur in Constantiensi Episcopatu sito. tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum; Ad hoc nobis ecclesie catholice cura a summo pastore deo commissa est. ut dei seruos paternis affectibus diligamus. et eo amplius studeamus ipsorum deuotionem modis omnibus confouere. quo feruentius ipsi disciplinis ecclesiasticis et sanctorum patrum regulis inherere noscuntur. Tunc enim deo gratus apostolicus impenditur famulatus. si sanctorum locorum salubris institutio. rigor et ordo nostris patrociniis in religionis puritate fuerit conseruata. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus. et prefatum locum in quo diuino mancipati estis obsequio. sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes. ut quascumque possessiones. quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum. largitione regum uel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. Prohibemus quoque. ut nullus ibi qualibet surreptionis astutia uel uiolentia preponatur nisi quem fratres secundum deum et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. aut aliquibus uexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt. usibus omnimodis

profu- | tura · salua diocesani episcopi canonica iustitia. Ad
 inditium autem percepte huius a Romana ecclesia protectionis
 nummum aureum nobis | nostrisque successoribus · annis singu-
 lis persoluetis. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secu-
 larisue persona · hanc nostre consti- | tutionis paginam sciens
 contra eam temere uenire temptauerit · secundo tercioue
 commonita · si non satisfactione congrua emendauerit · | po-
 testatis honorisque sui dignitate careat · reamque se diuino
 iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat · et a sacra-
 tissimo corpore ' ac sanguine dei et domini redemptoris nostri
 iesu cristi aliena fiat · atque in extremo examine districte ultioni
 subiaceat; | Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus · sit
 pax domini nostri iesu cristi · quatinus et hic bone actionis
 fructum | recipiant · et aput districtum iudicem premia eterne
 pacis inueniant. Amen; amen ; Amen;

(Symbolum: Adiuua nos Deus salutaris noster.)

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus:, (L. Monogrm)

† Ego Stephanus prenestinus episcopus:,

† Ego Octauianus diaconus cardinalis Sancti nicolai in carcere:,
 SS. (subscripti.)

Datum Laterani. Per manus Gerardi Sante Romane
 ecclesie cardinalis presbiteri ac Bibliothecarii. XII. kal. Feb.
 Indict. VI. Incarnationis dominice anno M.C.XL. Ij. Pontificatus
 uero domni Innocentii II. papæ anno XIIj. Orig. A. 2.

Die Bleibulle hängt an gelbem Seidenstrange.

Regest: Schweizer. Urkundenregister I. p. 586. Nr. 1791. Versuch
 Engelberg p. 133. Nr. 4.

6.

1148, 20. Dezember.

Bischof Hermann von Konstanz bestätigt die von seinem
 Vorgänger Bischof Udalricus dem Gotteshaus Eugelberg ver-
 liehenen Privilegien, welche es in den Besitz der Pfarr- und
 Zehntenrechte von der Beinstrasse bis auf Surenegg setzen,
 von der Kirche in Stans unabhängig erklären und jeden unbe-
 fugten Eingriff mit Strafen bedrohen. Orig. E. 1.

Druck: Geschichtsf. XIV. 234. — Gerbert hist. s. n. 3. p. 75.

Regest: Hidber Schweizer. Urk. Register II. p. 48. Nr. 1882. — Ver-
 such Engelb. 133. Nr. 5.

7.

1157, 8. Juni.

Papst Adrian der IV. nimmt auf Bitte des Abtes Frowin das Kloster Engelberg in apostolischen Schutz, bestätigt ihm die von den Bischöfen von Konstanz, Kaiser Heinrich IV. und Papst Jnnocens II. verliehenen Rechte und Privilegien und fügt diesen noch neue bei.

Adrianus Episcopus Seruus Seruorum Dei.
Dilecto Filio Frowino Abbati Monasterii Sancte
Marie quod in Constantiensi Episcopatu in loco
qui dicitur Mons Angelorum situm est · eiusque suc-
cessoribus regulariter substituendis In Perpe-
tuam Memoriam. |

Effectum iusta postulantibus indulgere uigor equitatis · et
ordo exigit rationis · presertim quando petentium uoluntatem et
pietas adiuuat · et ueritas non relinquit. Ea propter dilecte
| in domino fili Frowine abbas tuis iustis postulationibus
clementer annuimus · et prefatum monasterium cui deo auctore
presse dinosceris sub beati Petri et nostra pro- | tectione
suscipimus · et presentis scripti priuilegio communimus. Statu-
entes ut quascunque possessiones quecunque bona idem mona-
sterium in presentiarum iuste et cano- | nice possidet · aut in
futurum concessione pontificum · largitione regum · uel princi-
pum · oblatione fidelium · seu aliis iustis modis deo propitio
poterit adipisci · firma tibi | tuisque successoribus et illibata
permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda
nominibus. Ecclesiam de stannes Ecclesiam de böches cum
omnibus pertinen- | ciis suis. Sane noualium uestrorum que
propriis manibus aut sumptibus colitis · siue de nutrimentis
uestrorum animalium nullus omnino | a uobis decimas exigere
presumat. Preterea in parochialibus ecclesiis quas tenetis
liceat uobis sine alicuius contradictione idoneos sacerdo- | tes
eligere · et electos diocesano episcopo presentare · quibus si
idonei fuerint episcopus animarum curam committat · vt de
plebis quidem cura episcopo | rationem reddant. vobis autem
de temporalibus ad idem monasterium pertinentibus debitam
subiectionem exhibeant. Ad hec adicientes ius quod | in decimis

accipiendis et cetera que Odalricus et Hermannus constantienses episcopi monasterio uestro concessisse et confirmasse noscuntur. vobis aucto- | ritate apostolica nichilominus confirmamus. Crisma uero Holeum (sic.) sanctum · consecrationes altarium · seu basilicarum · ordinationes monachorum uestrorum qui ad sacros ordines fuerint | promouendi · et cetera ad episcopale officium pertinentia a constantiensi episcopo in cuius dyocesi estis accipietis · si tamen catholicus fuerit · et gratiam atque communionem apostolice | sedis habuerit · et gratiam atque communionem apostolice | sedis habuerit · et ea gratis ac sine prauitate uobis uoluerit exhibere . alioquin liceat uobis catholicum quem malueritis adire antistitem · et ab eo consecrationum sacra- | menta percipere. Qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci omnino liberam esse sancimus · ut eorum qui se | illic sepeliri deliberauerint · deuotioni et extreme uoluntati nisi forte excommunicati uel interdicti sint · nullus obsistat · salua tamem iustitia Matricis ecclesie. | Liceat autem uobis clericos e seculo fugientes · uel laicos liberos nisi excommunicati sint absque alicuius contradictione ad conuersionem suscipere. Obeunte uero te nunc | eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum | pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Ad hec dispositionem illam quam bone recordationis Henricus imperator quartus | de monasterii uestri libertate et aduocati electione constituit · et felix memorie papa Innocentius suo priuilegio confirmauit · nos apostolice sedis auctoritate firmamus. | vt uidelicet abbas cum consilio fratrum suorum utilem eligat aduocatum · qui non pro terreno commodo sed pro dei amore et peccatorum suorum uenia aduocatiam ipsam bene habere cupiat et tractare. | et nunquam hereditario iure in aliquem perueniat. Si autem calumpniator potius quam aduocatus existens monasterii bona peruaserit · et non magis ea defenderit · et semel et secundo | tertioe commonitus non emendauerit · abbas habeat facultatem

eum consilio fratrum suorum alium utiliorem sibi aduocatum statuere. Ad iudicium autem huius a sede apostolica percepte tuitio- | nis et libertatis · unum aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare. | aut eius possessiones auferre · uel ablatas retinere · minuere · aut aliquibus uexationibus fatigare · sed omnia integra conseruentur · eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa | sunt. usibus omnimodis profutura · salua sedis apostolice auctoritate · et dyocesanorum episcoporum canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis | paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit · secundo tertioque communita · si non satisfactione congrua emendauerit · potestatis · honorisque sui dignitate careat · [re]amque se diuino iudicio existere · de perpetrata ini- | quitate cognoscat · et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat · atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus · sit pax domini nostri iesu christi | quatinus et hic fructum bone actionis percipiant · et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. amen. Amen |

(Symbol. Oculi mei semper ad dominum)

Ego Adrianus Catholice Ecclesie Episcopus. (L Monogrm.)

† Ego Manfredus presbyter Cardinalis tituli Sauine. SS (subscripsi)

† Ego Julius presb. cardin. tituli sancti Marcelli. SS.

† Ego Hubaldus presb. card. tituli sancte Crucis in ierusalem SS.

† Ego Octauianus presb. card. tituli sancte Cecilie. SS.

† Ego Gerardus presb. card. tit. sancti Stephani in celio monte. SS.

† Ego Henricus presb. card. tit. sanctorum Nerei et Achillei. SS.

† Ego Ildebrandus presb. card. Basilice XII. apostolorum. SS.

† Ego Gregorius Sabinensis Episcopus. SS.

† Ego Odo diacon. card. sancti Georgii ad uelum aureum. SS.

† Ego Boso diacon. card. sanctorum Cosme et Damiani. SS.

† Ego Albertus diacon. card. sancti Adriani. SS.

Datum Laterani per manum Rolandi Sancte romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii. VI. Jd. Jvnii. Indict. V. Incarnationis dominice. Anno M C.L.VII. Pontificatus uero domini Adriani pape IIII. anno tertio. Origi. A. 3.

Die Bulle hängt an einem rothen Seidenstrange an dieser prächtigen, 80/65 cm. grossen Urkunde.

Druck: Gerbert hist. silv. nigr. 3,85.

Regest: Schweizer. Urkreg. II. 137. Nr. 2044. — Jaffé R. pontif. Nr. 6983. Versuch Engelb. 134. Nr. 6.

S.

1164, 14. Oktober.

Abt Frowin von Engelberg schlichtet mit zwei andern Aebten einen Streit zwischen den Gotteshäusern St. Blasien und St. Salvator in Schaffhausen betreffs Besitzungen am Staufenberg.

In · no · mi · ne · san · cte · Tri · ni · ta · tis · et · in · di · ui · de · unitatis. Quoniam res geste a memoria hominum diutina obliuione delentur necessarium duximus ego Christianus abbas Lucellensis, | Frowinus abbas Salemensis et Frowinus abbas Engelbergensis ad noticiam fidelium tam cleri quam populi scripto sigil- | -lato deferre, qualiter controuersia duarum ecclesiarum sancti Blasii scilicet et sancti Saluatoris, que iam longo tempore inter eas | agitata est de monte qui dicitur Stoufin et de aliis quibusdam per nos decisa habetur. Placuit enim Gunthero | abbati sancti Blasii eiusque fratribus tam monachis quam conuersis, similiter Eberhardo abbati Scaffhusensi eiusque fratribus tam monachis | quam conuersis, data dextra decisionem controuersie supradicte ad finem in manum nostram deponere, ut quidquid | inde dictaremus ad(h)ibitis ex utraque parte sex noticatoribus rerum, ratum et incon- vulsum futuris temporibus | ab utrisque seruaretur. Diuisimus exinde prefatum montem ab introitu rivuli quod dicitur Sconenbach in riu- | -lum Metima · per de(s)censum ipsius rivuli. Sconenbach usque ad siluam et inde in directum ad viam qua transitur | silua usque ad salices et ex salicibus usque ad rivulum Metima, et sic per descensum ipsius rivuli scilicet Metima | usque ad initium rivuli Sconenbach supra dicti. Hanc

partem ecclesie sancti Saluatoris perpetuo mansuram | destinauimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXIV. ind. XIII. epact. XXV. c. c. III. II. id. Octobris. |

Trija sigilla Abbatum pendent.

Cop. Gg.

Das Original befindet sich im Staatsarchiv Schaffhausen und ist abgedruckt in Fickler's Quellen etc. Mannheim 1859. pag. 59., und mit etwelcher Abweichung in Kopp's Geschichtsblätter d. Schweiz, I. 158.

9.

1178—1197.

Aeltester Urbar und Zinsrodel des Gotteshauses Engelberg.

(Archiv D. 85.)

Druck: Geschtsfrd. XVII. 246. und 251.

10.

1184, 4. Mai.

Papst Lucius III. nimmt wie seine Vorgänger Calixt II., Innocens II. und Adrian IV. das Kloster Engelberg mit dessen Besitzungen in seinen und des apostolischen Stuhles Schutz und bestätigt ihm alle Rechte und Privilegien.

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Bertoldo Abbati monasterii sancte Marie de Monte Angelorum · eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis In perpetuam Memoriam. |

Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati conuenire dinoscitur · animo nos decet libenti concedere · et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea- | propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus · et predecessorum nostrorum felicis recodationis Calixti · Innocentii · et Adriani. Romanorum pontifi- | cum uestigiis inherentes · prefatum monasterium sancte Marie de monte angelorum in quo diuino estis obsequio mancipati · sub beati Petri et nostra protectione suscipimus · et | presentis scripti priuilegio comunimus. In primis siquidem

statuentes · ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus | esse dinoscitur · perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones · quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet. | aut infuturum concessione pontificum · largitione regum uel principum · ablatione fidelium · seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci · firma uobis · uestrisque | successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est · cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam | stagnis ¹⁾ cum predio. Ecclesiam buoches ²⁾ cum predio. Decimas ab Einstrace ³⁾ usque Soranecke ⁴⁾ Predium pirrols ⁵⁾ Predium svites ⁶⁾ Chamo ⁷⁾ Spreitenbach ⁸⁾ cum ecclesia Vrthorf ⁹⁾ Baltos- | Weilere ¹⁰⁾ Salenburron ¹¹⁾ Stallenhoven ¹²⁾ Bowensteden ¹³⁾ Asche ¹⁴⁾ Starcholfesweilere ¹⁵⁾ Hedingen ¹⁶⁾ Weilere ¹⁷⁾ vicelisbach ¹⁸⁾ cum iure quod habetis in ecclesiam. Bochenecke ¹⁹⁾ Thegersche ²⁰⁾ Wet- | tesweilare ²¹⁾ Egenweilere ²²⁾ Obrechusen ²³⁾ Obfinchouen ²⁴⁾ Bouchennase ²⁵⁾ Chusenachtal ²⁶⁾ Seingen ²⁷⁾ Cranechon ²⁸⁾ Chollinchon ²⁹⁾ Munichingen ³⁰⁾ Scothis ³¹⁾ Pilo ³²⁾ Rothisweilere ³³⁾ Trasmundingen ³⁴⁾ Büzwei- | lare ³⁵⁾ Adelweilare ³⁶⁾ Entilibouch ³⁷⁾ Berchein ³⁸⁾

1) Stans. — 2) Buochs. — 3) Beinstrasse a. d. Grenze Nidwaldens. — 4) Surenegg a. d. Grenze von Uri. — 5) Zwischen Stansstad und Obbürgen; vide Schweiz. Urkdreg. II. 338. m. 2500. — 6) Schwyz. — 7) Cham, b. Zug. — 8) Im Kt. Aargau. — 9) Urdorf, Kt. Zürich. — 10) Baltenschwil, Kt. Aargau. — 11) Pfr. Stallikon, Kt. Zürich. — 12) Stallikon. — 13) Bonstetten, Kt. Zürich. — 14) Aesch, Pfr. Birmensdorf. — 15) Starretschwil, Kt. Aargau. — 16) Im Amt Knonau, Kt. Zürich. — 17) Oberwil, Pfr. Bremgarten. — 18) Fisslisbach, Kt. Aargau. — 19) Buchenegg, Pfr. Stallikon, Kt. Zürich. — 20) Dägerst, ibid. — 21) Wettswil ibid. — 22) Eggenwil, bei Bremgarten. — 23) Oberhausen, Pfr. Kloten, Kt. Zürich. — 24) Optikon, ibid. — 25) Buonas, am Zugersee. — 26) Küssnach, am Lucernersee. — 27) Sengen, am Hallwilersee. — 28) Gränichen, Bezirk Lenzburg. — 29) Kölliken, ibid. — 30) Münigen, Pfr. Sursee. — 31) Schötz, Kt. Luzern. — 32) Bil, in der Gemeinde Ruswil. — 33) Rotterschwil, in der Gemeinde Emmen, Kt. Luzern. — 34) Traselingen, Gemeinde Neudorf, Kt. Luzern. — 35) Büzwil, in der Gemeinde Neuenkirch, Kt. Luzern. — 36) Adelwil, Gemeinde Sempach, Kt. Luzern. — 37) Entlebuch, Kt. Luzern. — 38) Berken, bei Bremgarten. —

Blizeinbuoch .¹⁾ heinsche .²⁾ Otweilere .³⁾ Viringen .⁴⁾ et hutterewalt .⁵⁾ cum earum pertinentiis. Sane bona uestra in Stans et in Bûchs . que propriis | manibus aut sumptibus colitis · siue de nutrimentis animalium uestrorum · nullus a uobis decimas extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos · uel laicos e seculo fugi- | entes liberos et absolutos ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper . ut nulli fratrum uestrorum post factam in eodem loco | professionem fas sit absque abbatis sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. | Cum autem generale interdictum terre fuerit · liceat uobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare. | In parochialibus uero ecclesiis quas habetis · liceat uobis sacerdotes eligere · et diocesano episcopo presentare · quibus si idonei fuerint · episcopus animarum curam committat · ut ei de | spiritualibus · uobis uero de temporalibus debeant respondere. Ad hec libertates et immunitates · nec non antiquas et rationabiles consuetudines tam in eligendo aduocato quam in aliis | monasterio uestro concessas . et hactenus observatas · ratas habemus . et eas futuris temporibus illabatas (sic.) manere sancimus. Auctoritate quoque apostolica nichilominus duxi- | mus prohibendum · ut nullus aduocatus locum ipsum uel que ad eum pertinent grauare . seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare presumat · sed his que antiquitus sibi consessa | sunt et ad iustitiam suam pertinent contentus existat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus · ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui se illic sepeliri deliberaue- | rint nisi forte excommunicati uel interdicti sint · nullus obsistat. salua tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum

¹⁾ Blitzenbuch, Meierhof in der Pfr. Oberwil, Bez. Bremgarten. —

²⁾ Heisch, i. d. Pfr. Hausen, Amt Knonau, Kt. Zürich. — ³⁾ Oedwil, bei Ennetmoos, Nidwalden. — ⁴⁾ Fürigen, ein Gut auf Obbürgen, Nidwalden. — ⁵⁾ Unbekannt. Vielleicht Huttweil, Kt. Bern. — Vergleiche hiezu den Urbar oder Zinsrodel im Geschichtsf. XVII. 246. seq.

corpora assumuntur. Crisma uero · oleum sanctum · consecrationes | altarium seu basilicarum · ordinationes clericorum · et cetera ecclesiastica sacramenta · per diocesanum episcopum sine aliqua exactione uobis precipimus exhiberi. Obeunte uero te nunc | eiusdem loci abbate · uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uolentia preponatur. nisi quem fratres communi consensu · uel fratrum pars 'consilii-
sa- | nioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo · ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare, aut | eius possessiones auferre · uel ablatas retinere · minuere . seu quibuslibet uexationibus fatigare · sed omnia integra conseruentur . eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione | concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate . et diocesani episcopi canonica iustitia. Ad iudicium autem huius a sede apostolica percepte protectionis · unum aure- | um ponderis Turicensis monete nobis · nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona . hanc nostre constitutionis paginam | sciens · contra eam temere uenire temptauerit · secundo · tertioe commonita · nisi reatum suum digna satisfactione correxerit · potestatis honorisque sui dignitate careat · reamque se | diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat · et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat · atque in extremo examine | diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri iesu christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipi- | ant · et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen amen amen. |

(L. Symb.) Adiuua nos Deus salutaris noster. Ego Lucius catholice ecclesie episcopus. (L. Monogrm.)

† Ego Theodinus Portuensis et sante Rufine sedis episcopus. SS.
(subscripti.)

† Ego Henricus albanensis episcopus. SS.

† Ego Petrus presbyter Cardinalis tituli sancte Susanne. SS.

† Ego Viuianus tit. sancti stephani in Celio monte presb. Card SS.

- † Ego pand. presb. cardinalis basilice XII. apostolorum. SS.
 † Ego Jacobus diacon. cardin. Sancte Marie in cosmidyn. SS.
 † Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diacon. cardin. SS.
 † Ego Bobo diacon. Cardinalis sancti angeli. SS.
 † Ego Octavianus diacon. card. sanctorum Sergii et bachi. SS.
 † Ego Gerardus sancti Adriani diacon. cardin. SS.
 † Ego Soffredus sancte Marie in via lata diac. card. SS.
 † Ego albinus diac. card. Sancte Marie noue. SS.

Datum Verulis per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri Cardin. et Cancellarii. IIII. Non. Maii. Indictione secunda. Incarnationis Dominice anno M.C.LXXX.IIIII. Pontificatus uero Domni Lucii. pape III. anno III. Orig. A. 4.

Das Bleisiegel hängt an roth und gelbem Seidenstrange an der
 71/54 cm. grossen Bulle.

Druck: Neugart. Episc. Const. II. 530.

Regest: Urkbch. v. Zürich I. 214. Nr. 337. — Hidber U. R. p. 338, Nr. 2500. — Jaffé, Nr. 15036. — Versuch Engelb. p. 134. Nr. 9.

11.

1186 oder 1187, 28. Juni.¹⁾

Papst Urban III. bestätigt den Urteilsspruch, laut welchem dem Kloster Engelberg das Patronatrecht der Kirche zu Oberwil (bei Bremgarten) zuerkannt wurde. Orig. A. 5.

Druck: Geschichtsfreund, XXIX. 333. — Hidber, Diplomata Nr. 65. — Urkundenbuch von Zürich, I. p. 218. Nr. 341.

Regest: Hidber, Schweiz. Urkregist. II. p. 362. Nr. 2551. — Jaffé Nr. 15884. Versuch, Engelberg 134 Nr. 11.

12.

1186, 28. Juni. — 1187, 20. Oktober.¹⁾

Bischof Hermann II von Constanz bestätigt dem Kloster Engelberg nochmals das Patronat der Kirche zu Oberwil gegenüber den unberechtigten Ansprüchen des Edlen Lütold von Regensberg. Orig. B. bb.

¹⁾ Bezüglich des Datums dieser Urkunde und des Ortsnamens „Wilare“ (Oberwil) cfr. Anmerkungen zu Nr. 341 u. 342 p. 218 u. 219. im Urkundenbuch der Stadt u. Landsch. Zürich.

Drucke: Geschtsfrd., XXIX. 334. — Hidber, Diplomata Nr. 66. —
Urkundenbuch von Zürich, I. p. 218. Nr. 342.

Regest: Hidber, Schw. Urkd.-regist. II. p. 362. Nr. 2552. — Neugart
E. Const. II. 149. — Böhmer II. 77. Nr. 198. — Ladewig I.
124. Nr. 1110. — Versuch Engelb. 134. Nr. 10.

13.

1188, 16. September.

Papst Clemens III. beauftragt den Abt von Trüb und
den Propst in Luzern zu verfügen, dass, sofern das Gottes-
haus Engelberg wirklich notdürftig sei, der vom dortigen Abte
zu bestellende Vicar in Stans demselbem Rechenschaft von
seinem Pfrundeinkommen gebe Orig. A. 6.

Druck: Geschichtsfreund XIV. 235.

Regest: Hidber, Schweiz. Urkundenregister II. p. 380. Nr. 2582. —
Versuch. Engelb. 135. Nr. 12.

14.

1190, 2. Januar.

Heinrich, Leutpriester zu Buochs, schenkt dem Kloster
Engelberg ein Gut in Altishofen mit der Bedingung, dass aus
dem daher fallenden Zinse das Jahrzeit für seinen Oheim,
Leutpriester zu Stans, und für seinen Vater und Mutter all-
jährlich feierlich gehalten werde; das gleiche habe auch nach
seinem Tode für ihn selbst zu geschehen. Orig. D. 16.

Druck: Geschtsfrd. VII. 155.

Regest: Hidber, Schw. Urkund.-Register II. 396. Nr. 2616. — Versuch,
Engelberg 135, Nr. 13.

15.

1190, 15. Juli.

Abt Berchtold von Engelberg urkundet, dass Lütolf von Regens-
berg nach langem Streite seine unberechtigten Ansprüche uuf das Patronat
und die Vogtei über die Kirche zu Oberwil (Wilare bei Bremgarten)
aufgegeben, dagegen aber die Vogtei als Lehen für sich und seine Erben
vom Kloster empfangen habe.

Christiane fidei cultoribus uniuersis. Bertoldus dictus
abbas ecclesie monastice angelorum. Humani generis fluxus
labilis more fluuii sine cessatione decurrentis et mari se

in- | gurgitantis · actuum suorum precipi- | tare solet memoriam ·
in obliuio- | nis abyssum. Qua propter memo- | randi actus ne
defluant · mem- | brane tenaci litteraliter influ- | ant · hinc est
quod scripture inseri no- | bis placuit · qualiter uir nobilis |
Lutoldus de Reginsperch · intel- | ligens iniusta contentione diu
| nos pro ecclesie patronatu de Wilare | uexasse · tandem
animum ab huius- | modi retinuit iniuriis · ac e- | idem con-
tentioni tam integre · tam per- | fecte abrenuntiauit · ut aduo- |
catiam quoque · a suis parentibus commis- | sorie sibi acceden-
tem · totamque prefate | litis integritatem · cum fratribus · et
filiis | in nostram potestatem resignaret. | Siquidem amputans
omnem iam di- | cte litis in posterum suscitande | occasionem.
scilicet · ne quisquam he- | redum suorum · nec ulla umquam
persona | contentionem sepedictam aduersus nos et suc- |
cessores nostros iterare presumat · predictam | aduocatiam in
fidem suam · et pro salute anime | sue ac parentum suorum
procurandam de ma- | nu nostra commissam suscepit · tali pa- |
cto · ut eadem aduocatia sibi et suis here- | dibus tam uirilil
quam feminini sexus a | manu abbatum predicti monasterii
commis- | sorie suscipienda · sine contradictione per- | maneat
feliciter. Acta anno dominice in- | carnationis M.C.XC. idus
iul. presidente | sedi apostolice domino Clemente III. anno
pon- | tificatus sui III. Exercitum christianum contra | paganos
pro cruce sancta de potestate ipsorum | transferenda pro-
mouente. Friderico pi- | issimo Romanorum imperatore · anno
regni | eius XXX.VIII. imperii uero XXX.V. | coram reuerendo
ecclesie constantiensis episcopo Diet- | helmo. Testes hii sunt.
Canonici constantienses. | maioris ecclesie. Oulricus maior pre-
positus. Chönradius decanus. | Huc cellerarius. Eberhardus
de reginsperch. | Bertoldus plebanus de rôtwila. Chönradius |
sacerdos de altungesriet. Heinricus nota- | rius. Milites quo-
que. Olricus de arbun. Eberhart | de salwinstein. Et heinri-
cus frater suus · et | alii multi. |

D. 4. c.

Gleichzeitige Copie, auf Pergament in 2 Columnen geschrieben.

Drucke: Neugart, Cod. d. Al. II. 120. Nr. 889. — Zeerleder Urk. Bern.
I. 144. — Urkundenbuch von Zürich I. 233. Nr. 353. —Regest: Neugart Ep. Const. II. 149. — Hidber, Urk. reg. II. 398.
Nr. 2622. — Versuch, Engelb. 135. Nr. 14. — Ladw, I. 125. Nr. 1120.

16.

1190—1191.

Burchard, Abt von St. Johannes in Thurthal bezeugt, dass er keine Schmähungen gegen den Abt Berchtold v. Engelberg geschrieben habe.

B. coabbatum suorum minimus . dilectis filiis ecclesie caritatem non fictam. Cognoscere cupimus | catholice fidei cultores . nos ad sedem apostolicam aduersus coabbatem et fratrem nostrum de monte | angelorum . nichil calumniose scripsisse. Infamati namque sumus . quod ad aures summi ponti- | -ficis scripserimus . prefatum fratrem nostrum . litteras ad sue cause commodum aptas . sub nomine nostro . | nobis nescientibus . sigillatas in claustro nostro quadam surreptione acquisisse. Hoc | autem minime uerum esse nouit dominus . cui omne cor patet . et nullum latet secretum. | Dolendum uero esse piis animis non dubitamus . personam tam bone opinionis criminando | impeti . quod pro obtinenda sue cause uictoria quicumque captiose uel dixerit uel | fecerit. Orig. D. 110.

Das etwas beschädigte Siegel hängt. Von der Umschrift ist noch lesbar:

BURCHARDU . . . MO . . . IOHA . . . S

Regest: Versuch, Eugelberg 134. No. 7. — Cf. ibid. pg. 46.

17.

1190—1191.

In gleicher Angelegenheit, wie obiger Abt Burchard, stellt auch M. (Martinus?) eine von Wort zu Wort gleichlautende Urkunde aus, woran noch ein Fragment des Siegels hängt, auf dem zu lesen ist: M ELLE — Ob dieser M. Abt von Capell oder von Lucelle war, ist nicht ermittelt. Orig. D. 111.

Regest: Versuch. 134. No. 8.

18.

1191, Januar bis Juli.

Abt Berchtold von Engelberg beklagt sich bei Papst Cölestin III. über die stets fortgesetzte Anfeindung des Patronats der Kirche zu Oberwil, ungeachtet es dem Kloster durch richterliches Urteil zugesprochen worden sei, und bittet um Bestätigung desselben.

C. (coelestino) sedis Romane summo pontifici . B. (berchtoldus) in monte angelorum pauperum christi seruus perpauus cum

totius conuentus unanimitate · orationum obsequium · cum debita obedientie subiectione. Cum scriptum sit quod lex eterna · sit ratio diuina per | hanc reuera legum conditores que sunt iusta decernunt · eaque legum domine uicem in terra Petri apostolorum principis · immo christi · si deo digne geritis tuitione uestra inuiolata permanent · aut uiolatores pe- | na digna plectentur. Hinc nimirum est · quod integritati iuris nostri uidelicet patronatus ecclesie wilare ad nostrum pertinentis monasterium · que VII. presbiterorum obtinuimus testimonio speramus per clementiam | uestram reformari. Pro ipso¹⁾ utique septennio et eo amplius uentilationibus · agitati pro sue nimietate prolixitatis actionem negotii ad commodam breuitatem castigare nequimus. Quo circa | de ipso quod nouissime iudiciali taxatione constat esse tractatum strictim annotamus. Siquidem nos et aduersarius noster O. clericus citati cum ante iudicem uenissemus · a presbitero per nos in | ecclesia supradicta presentato · antefatus aduersarius accusatus pro rapina · dum prolata canonice sententia cogere ad purgationem iuramenti · metuens pro reatu manifesto scandala- | lum et condemnationem · contra ius canonesque · per appellationem distulit periculum. Transacta igitur annua expectatione · itidem coram episcopo nostro constantiensi exactus restitutionem rapine · tergiversatione huiusmodi conatus est elabi. Recitatis illic sanctitatis uestre litteris · in quibus continebatur de indicto sibi perpetuo silentio · ut in litteris et bone memorie Lucii | pape uidere est · et quod Clemens papa uester predecessor prefatum aduersarium cum suis fautoribus · heinrico et hartmanno campanis pulsatis et candelis accensis districte pre- | cepit excommunicationis uinculo astringi · nec deinceps ullam sibi super hoc negotio prestandam audientiam. Eisdem quippe sanctis decessoribus uestris consona diffinitione dignati estis ea que et ipsi · districte sancire. His inquam litteris recitatis · sepe dictus aduersarius falsas esse clamauit · hac occasione querens

¹⁾ Ganz deutlich so geschrieben; die Lesart „elapso“ beruht auf blosser Conjectur.

per appellationem effugere. | sed licet nil de priori appellatione
 quam non est prosecutus proferret · est ab episcopo tamen
 auditus · plurimis quidem astantibus · uehementi admiratione
 percussis · pro illata nobis iniuria tam inau- | dita. Ad cognos-
 cendam autem ueritatis nostre indubitabilem sinceritatem
 inspiciantur littere testimonii VII. presbiterorum · littere quoque
 de litis abrenuntiatione capitalis ad- | uersarii nobilis uiri
 Lutoldi · plurimeque ab apostolica sede impetrate. Altissimus
 ualere uos faciat. et fatigationi nostre infinite · finem debitum
 imponere in christo iesu. | Denique sunt ueritatis nostre ac
 uexationis iniuriöse testes domini nostri et coabbates. |

Gleichzeitige Kopie mit der Archivsignatur Bbb.

Regest: Hidber, Schw. Urkundenregister II. 405. Nr. 2645. — Ver-
 such, Engelberg 135. Nr. 15.

19.

1191, 30. Juli.

Papst Coelestin III. bestätigt dem Kloster Engelberg die
 Pfarrei Stans (parrochiam Stammnes) mit dem Patronatsrecht.

Druck: Geschtsfrnd. IX. 199.

Orig. A. 7.

Regest: Hidber, Schw. Urk.-Regist II. 407. Nr. 2649. — Versuch,
 Engelberg 135. Nr. 16.

20.

1197—1223.

Leutpriester Heinrich von Buochs baut dem Frauenkloster in
 Engelberg eine eigene Kirche, vergab diesem und dem Männerkloster
 daselbst alle seine beweglichen und unbeweglichen Güter und nimmt
 hierauf selbst das Ordenskleid.

Non neligendum nobis uidetur · ut beneficia illorum qui
 locum istum rebus suis | specialiter excoluerunt · lateant neg-
 lecta uetustate · sed potius illustra- | tione litterarum innotescant ·
 tam presentium quam futurorum digna | memorie. Felicis ita-
 que recordationis. H. (einricus) sacerdos de böches merito
 nobis commendandus · inspiratione diuina tactus · ecclesiam |
 sororum nostrarum · in qua ipse die noctuque peruigili et pro-
 ductiori ui- | gore · deo student militare · ut hec sua efficeret

que bene insti- | tuisset aliena · proprio ac multiplici sumptu ·
sub honore beati | Andree apostoli construendo · hunc locum
bene meritis · magnifi- | ca ac necessaria ope decorauit. In
qua ecclesia rogatu ipsius | consensu nostro · post carnis ex-
cessum elegit sibi sepulchri mansio- | nem. Statim post con-
structionem ecclesie · uineam cum uua scopossa | in crissiaco¹⁾
ad dotem predictae ecclesie · magna liberalitate · triginta | marcis
coemit Ad hec predium in altiloshovin²⁾ tres libras sol- |
uens · ad anniuersarium suum perpetuo ab utraque congregati-
| one huius loci omnibus annis celebrandum · solita largitate |
comparauit. Publica etiam donatione in presentia clericorum
et | laicorum · omnia que habere uisus est tam mobilia · quam
immobilia · | in manum abbatis³⁾ contradidit · hereditaria quan-
doque successione ab | ecclesia nostra possidenda. Nec ista
sufficiunt. Denique · quod | in calce beneficiorum eius ponitur
per hoc animi ipsius intima deuo- | tio magis erga hunc locum
declaratur, Domum namque in cymite- | rio ecclesie böches a
se constructam · concambio alterius predii ab | abbate nostro
ad ipsam ecclesiam traditi · consensu et uolunta- | te aduocati
tunc nostri · tamen usque ad suum obitum sub tributo | unius
seracii annis singulis a manu abbatis suscepit · deinceps | ab
abbate possidendam. Porro extrema uniuerse carnis | agens
uocato ad se seniore nostro heinrico abbate monachum | se
fieri petiit prius octoginata marcis argenti ad comparandas |
uineas in tuanno⁴⁾ octo boues quatuordecim uaccas equorum
indomitorum | non paruam gregem centum oues una minus
porcorum gregem ualentem uiginti ta- | lenta · omnibusque · que
tunc habere uisus est · prius ei assignatis. Qui hec | legis rogo
ut animam eius deo commendare uelis . quo requiem perpe-
tuam | possit gratia diuina habere amen. | D. 4. 16. a.

Gleichzeitige Aufzeichnung auf Pergament. Cop. N. 10.

Druck: Businger, Gesch. v. Unterwald. I. 426 mit einigen Auslassungen.
Regest: Hidber, Schw. Urkundenregister, II. 445. Nr. 2723.

¹⁾ Cressier, zwischen dem Neuenburger- und Bielersee.

²⁾ Altishofen, Kt. Luzern. — ³⁾ Henrici I. de Baldegg. (1197 – 1223 ·)

⁴⁾ Twann (Douane) am Bielersee.

21.

ca. 1199.

Der Abt von Trub und der Propst von Luzern bitten Innocens III. dass er durch die Bischöfe von Konstanz und Basel dem Kloster Engelberg die Einkünfte der Kirche zu Stans zuwenden möge. Orig. Bbb.

Drucke: Geschtsfrd. XIV. 236. — Neugart, Cod. diplom. II. 122. Nr. 891. —

Regest: Versuch, Engelb. 135. Nr. 17.

22.1199, 23. Februar.¹⁾

König Philipp II. urkundet, dass ihm Abt Heinrich von Engelberg die Vogtei dieses Stiftes und aller seiner Besitzungen übergeben habe, und verspricht, dieselbe niemals zu veräußern oder Jemanden zu übertragen ohne Genehmigung des Abtes und seines Konventes.

Philippus secundus dei gratia Romanorum Rex et semper augustus. | Si ecclesiarum et personarum deo famulantium quieti pariter et comoditatibus curauerimus intendere salutis nostre incrementum sentiemus et a retributore omnium bonorum non ambigimus feliciter remunerari. Cum itaque | ecclesiam que nuncupatur Mons angelorum predilectus frater noster Oddo inclitus palatinus Comes Burgundie alii quoque progenitores nostri sub speciali protectione sua semper habuerint. Uniuersis Imperii fidelibus presentis etatis et posteritatis successure notum facimus quod accedens ad presentiam nostram apud Egram Dilectus fidelis noster Henricus²⁾ memorati loci montis angelorum uenerabilis abbas commisit nobis et per manum suam recepimus aduocatiam abbacie | et omnium possessionum sibi attinentium ut ammodo sub omnimoda tuitione nostra ipsam tenere debeamus. Promisimus e contra abbati et omnibus eius successoribus ut aduocatiam eandem teneamus ad manus nostras et nunquam occasione aliqua aut ex necessitate ipsam alicui persone con-

1) Ueber das Datum cfr. Anzeiger f Schweiz. Geschichte, II. 61—62.

2) de Baldegg, 1197—1223.

feramus in feudo · statuentes | ut nullatenus licitum nobis esse
 possit a potestate nostra eam alienare · uel | etiam cuiquam
 committere procuracionem eius ex parte nostra tenendam . nisi
 alicui | ex officiatis nostris quem abbas et fratres eius a maie-
 state nostra postulauerint | et qui commoditatibus eorum et
 utilitati uisus fuerit expedire. Ad cuius rei | certam in poste-
 rum euidenciam hanc paginam exinde conscriptam sigilli
 nostri iussimus impressione communiri. Datum apud egram
 anno ab Incarnatione | domini Millesimo. Centesimo. XCVIII.
 Indictione iiii. vii. kl. Marcii. | Orig. B. 3.

Das Thronsigel hängt an rothgelbem Seidenstrange.
 Drucke: Versuch d. Darstell. Engelb. p. 110. ungenau. — Neugart,
 Ep. Const. II. 110. —
 Regest: Hidber, Schw. Urkundenregister II. 465. Nr. 2763. — Böhmer,
 Reg. Phil. 22. —

23.

1199, 26. Februar. (IIII. kal. marcii.)

Arnold, Abt von Murbach und Luzern, giebt dem Abte
 Heinrich (de Baldegg) von Engelberg zu einem immerwähren-
 den Erblehen gegen den alljährlichen Zins zweier Rosseisen
 mehrere dem Gotteshaus Lucern zugehörnde Wiesen zu Eils-
 matt, Fallibach und Wisiberg. (In den Pfarreien Stans und
 Wolfenschiessen gelegen.) Orig. D. 3.

Drucke: Geschtsfrd. VIII. p. 250. — Hergott, Gen. Habsb. 2, 1. p. 205
 (fehlerhaft)
 Regest: Hidber, Urk. Reg. II. 456. Nr. 2744. — Versuch, Engelberg
 136. Nr. 19.

24.

1120—1126.

Die Rechtung des Klosters Engelberg im Zürich- und
 im Aargau.

Druck: Geschtsfrd. VII. 133.

Cop. pergam. D. 1.

25.

1120—1126.

Engelbergs Hofrecht zu Buochs.

Druck: Geschtsfrd. XXXIII. 69.

Cop Rrr.

26.

ca. 1200.

Offnung des Thales von Engelberg.

Druck: Geschtsfrd. VII. 137.

Cop. T.

27.

Susceptio in confraternitatem, ad initium saec. 13.

1. Notificamus tam presentibus quam futuris, fratri Chuonrado de Salem calicem et alia quedam S. Dei genitrici semper virgini Marie danti, nos plenam fraternitatem et quandocumque obierit, sibi sicut fratri nostro in orationibus facere promississe.

Bibl. Cod. ms. 102 fol 139.

2. Notificamus presentibus et futuris, quod Bertoldus ader vurun civis Lucernensis cum uxore Hedwig confraternitatem susceperunt.

In eodem Cod. fol. 2.

(Berhtoldus ader furon (Furren) erscheint 1231 in Luzern als Zeuge.)

Geschfrd. I. 173.

3. Notificamus tam presentibus quam futuris, quod Petrus miles de Waltirsperch rogans a nobis prebendam et plenam fraternitatem impetravit. Deinde post annos aliquot dedit nobis predium suum in enre Swando, annuatim solvens duas libras et tres solidos, ea conditione, ut in anniversario eius semper precium eiusdem predii caritative amministretur mensis fratrum.

In eodem Cod fol. 2.

(cfr. Kopp, Urk II 130. Nr. 63)

(Fortsetzung folgt.)

